



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 42. Hujus pacis articuli inter Cæsarem & Gallos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)



cerneret, ipse etiam invitus licet, cum Sæc. XVII. A. C. 1697.  
 viginti Imperii Ordinibus die trigesimo Octobris propositis sibi articulis sub-  
 scripsit.

§. XLII.

*Hujus Pacis articuli inter Cæsarem  
 & Gallos.*

Erigebatur singulare pacis instrumen- Wagner  
 tum inter Hispanos & Gallos, & Hist. Leo-  
 aliud inter Gallos & Anglos, ac ter- pold. I.  
 tium inter Gallos & Batavos: cum Hode Hist.  
 autem in his præcipue jure belli adem- de Louis  
 ptorum restitutio, commercii libertas, XIV. l. 57.  
 ac Anglici sceptri usurpatio firmare- pag. 238.  
 tur: majoris ad rem nostram momenti  
 videtur esse pax Gallorum cum Cæsare  
 ac Imperii Ordinibus. Horum igitur  
 nomine Caunizius, Stratmannus &  
 Seilerus Cæsaris Legati, necnon Har-  
 læus, Crequius & Callierius Gallorum  
 Oratores in mutuas hæc pacis & con-  
 cordiæ leges consensere. I. Pax sit  
 perpetua & stabilis. II. Concedatur  
 amnestia Universalis & præteritorum  
 oblivio. III. Fundamentum hujus pa-  
 cis sit Pax Westphalica, & Neoma-  
 giensis, nisi nunc aliter conventum  
 fuerit. IV. Imperio restituantur om-  
 nia, extra Alsatiam sita loca, vel jure  
 belli, aut reunionum nomine erepta,  
 omnia



Sæc. XVII. omniaque in pristinum statum re-  
 A. C. 1697. nantur, *religione tamen Romano - Catho-*  
*lica in locis sic restitutis, in statu, quo*  
*nunc est, remanente.* V. Trevirensi Urbs  
 cum ceteris per renunionem occupa-  
 tis, Sueciæ Regi & Comiti Palatino  
 Ducatus Bipontinus, Lotharingio ejus  
 Ducatus, Ordini Teutonico suæ com-  
 mendæ, Electori Coloniensi Dinantium  
 cum ceteris bello ereptis, Wirtenber-  
 genfi Comitatus Monpelgardensis una-  
 cum feudis Clervalli, Passevanti, &  
 dynastiarum restituantur. VI. Princi-  
 pes vero Nassovienses, Hanoverani &  
 Lainingenses, & Durlacensis compre-  
 hendantur in quarto articulo. VII. Cæ-  
 sari Friburgum, aliaque munimenta  
 per Brisgoiam aut Herciniam sylvam  
 erepta necnon Brisacum, Imperio au-  
 tem & Cæsari munimentum Kehl &  
 Philippoburgum Franciæ Rex reddat.  
 VIII. Vicissim Imperium Gallo cedit  
 Alsatiam Imperialem proin Argentinam.  
 IX. Palatino Electori restituantur om-  
 nes ditiones occupatæ unacum Præ-  
 fectura Germersheimensi; decisio au-  
 tem litis cum Aurelianensi Ducissa re-  
 linquatur Cæsari ac Regi, tanquam  
 arbitris, qui si non convenerint, Pon-  
 tifici deferatur arbitrium. X. Cardi-  
 nali Fürstenbergio Episcopatus Argen-  
 tinensis necnon Abbatia Staucloana  
 una-



unacum fundis cis Rhenum restituatur, pariter etiam Canonici eidem adhaerentes cum plena amnestia restituantur. Sæc. XVII.  
A. C. 1697.

XI. Landgravii Hassiæ Rheinfeldenses in arcem Rheinfels & inferiorem comitatum Catimabolicensem reponantur.

XII. In hac pace comprehendantur Sueciæ Rex, Episcopus & Episcopatus Basileensis, tredecim Helvetiæ Cantones, eorumque fœderati, Marchio Badensis, & Brandenburgus cum omnibus ditionibus etiam sibi ex tractatu Sangermanensi competentibus.

XIII. Beneficia Ecclesiastica in Lotharingia & alibi remaneant penes modernos possessores.

§. XLIII.

*Protestantium querelæ contra quartum hujus pacis articulum circa religionem.*

Inter frequentes plurium Principum contestationes, & oppositiones nulla acrior erat, quam illa Protestantium contra quarti articuli clausulam, qua religionem Catholicam in locis restitutis servandam esse sancitum erat: cum enim jam antea Protestantes omni contentione peterent, ut non modo in Argentinensi urbe, sed & in omnibus, quæ Gallis accessura essent, locis liberum

*Act. & mem.  
de la Paix  
tom. 4.  
p. 3. & 8.*

rum